

nomen, qui pater fuit Saülis, hujus tamen nomen duobus locis prætermisum est. Esther cap. 2, vers. 5: *Erat vir Judæus in Susan civitate, vocabulo Mardocheus, filius Aïr, filii Semel, filii Cis, de stirpe Jemini.* Hoc idem repetitur cap. 11, vers. 4. Cùm autem inter Semel et Cis multi fuerint omisso ex Mardochei majoribus, non tamen videbatur prætereundus Saül, nisi ille è paternâ domo ab aliquo ex Davidis posteris fore expunctus, cùm regium illi nomen maximam supra reliquos è familiâ Cis auctoritatem conciliasset (1).

VERS. 25. — *ET JURAVIT DAVID SAÛLI* (2). Promisit David, sicut antea Jonathæ, quod orâret Saül. Quomodo tamen salvâ fide et juramenti religione, aliquot Saülis filios Gabonitis tradiderit, ut agerentur in crucem, suo dicemus loco, ubi ventum fuerit ad cap. 21 lib. 2 Regum.

ET DAVID, ET VIRI EJUS ASCENDERUNT AD TUTORIA LOCA. Nôrat David Saülis ingenium, maximè ex quo illum malis exagitavit spiritus; nôrat ineffrenatum impetum et inconstantem animum. Quare non putabat minùs ab illo cavendum esse, cùm promitteret omnia, quàm cum omnia adversa minaretur. Atque ideò etiamsi illam domum redeuntem videret, et ab spulcra recedere, ubi cum sociis proximè laterat, non tamen putavit ibi se futurum esse tutum, quia dæmonis, qui jam Saulem obsidere cœperat, nullas credebatur inducias insidiis carere. Tutoria igitur querit diverticula;

(1) Subtilior est Sancti interpretatio; notat enim, eorum nomina, qui probro familie iussent, deleri consuevisse, quemadmodum imagines Bruti et Cassii à cæteris illustrium imaginum imaginibus amotæ sunt. Si in genealogiâ Mardochei Saül omittitur, alii pariter neglecti sunt, qui utique nihil tale promeruerunt; in illâ enim genealogiâ à Benjamin ad usque Mardocheum, quatuor tantum recensentur. Generationum gradus non semper accuratè omnes recitantur in Scripturâ. (Salmet.)

(2) Nec tantum juravit, sed et plura quàm juraverat præstitit. Ita S. Chrysost. « Quid igitur, inquit, David? Num vel leviter dissimulatione et ironiâ ad hæc usus est? Nequaquam, sed protinus annuit, quodque petebatur concessit; ac mortuo Saule non modo non occidit illius posteros, sed tam plura præstitit quàm erat pollicitus, siquidem filius ejus cùm esset claudens se debilibus cruribus, in suam ipsius domum induxit, sæpeque mense fecit participem, summo illum honore dignatus, nec erubuit, nec occultavit, nec arbitratus est regiam mensam claudicatione pueri dehonestari, sed decorari potius ac lautorem fieri. Quotquot enim cum illo discumbebant, abibat magnam philosophiæ doctrinam consecuti. » (Corn. à Lap.)

et relicta terrâ, ubi laqueus est, et foveis opportunus locus, altiora conscendit. Quod documentum viri spirituales maximè commendat his, qui in agone quem cum dæmone habere debent assiduum, victores esse student, nec sibi ab oblati induciis, aut fucati securitate promittant. Nunquàm enim magis inimicus nocet, quàm cùm blanditur, cùm lætam ostentat frontem, cùm de nostris votis magis videtur esse sollicitus. Exempla occurrunt plurima; ex hoc ipso tempore, in quo nunc versamur, pauca habeto. Interfecit Joab Amasam, cùm illi magnum benevolentia signum ostendisset, 2 Reg. 20. Occidit Absalom fratrem Amnonem, cùm illum ad splendidam mensam invitavit, quando ab insidiis magis videbatur fore securus. Idem accidit Simoni, 1 Machab. 16, in convivio, quod illi in amicitia sedes, et signum Ptolomæus paraverat. Tales sunt aut Syrenum cantus, aut crocodili lacrymæ: hæc enim dum aut suavitate delectant aut dolorem nostrum ferre se simulant familiariter, vitæ nostræ magis insidiantur hostiliter. Hæc de cap. 24. Nunc pauca ad extremum addenda ex Patribus.

Gregorius 5 p. Pastoral. admon. 8, in Saule, cui, dum ventrem levat, ima glanymyis ora descendeat, superiores intelligit, qui ab inferioribus reprehenduntur; ubi, quo id modo fieri debeat, docet: « Quid, inquit, per Saül, nisi mali rectores; quid per David, nisi boni subditi designantur? Saül igitur ventrem purgare, est pravos præpositos contemptam in corde malitiam usque ad opera miseri odoris extendere, et cogitata apud se noxia factis exterioribus exequendo monstrare. Quem tamen David ferire mœvit, et quia pie subditorum mentes ab omni se peste obreccationis abstinenter præpositorum vitam nullo lingue gladio percipiunt, et etiam cùm de imperfectione reprehendunt. Vide reliqua. Idem lib. 12, Epist. 51, maximè commendat subditis Davidis exemplo, ne quid de superiorum existimatione detrahant, quia illorum detractio, sive vexatio ad Christum perinet et ejus Ecclesiam.

Nec minùs graviter, aut utiliter ad mores Chrysostomus tomo 4, Homil. de Davide et Saule, ubi Davidis oratione mutatum esse dicit regis animum. Tanta vis est orationis, humiliantis se, quæque nihil sonat iracundum, nihil minax, sed potius hostibus omnia se optare dicit secunda. Sanè verum est illud Proverb. 5: *Responsio mollis frangit iram.* Et

quam. Dens bone, iram! Iram regis, de quâ Proverb. 19, v. 12: *Sicut fremitus leonis, ita et ira regis;* et 16, v. 4: *Indignatio regis nuntii mortis, et vir sapiens placabit eam.* Sanè sapiens David, qui indignationem placavit regis, et ex ejus animo duriore silice dolorem et lacrymas excussit, cùm tamen illam indignationem inflammaret invidia, urgeret diabolus, et instigularet ambitio, quæ regium nomen ad alium transferendum timebat. « Quanta, inquit Chrysostomus, subito facta est mutatio? Qui nunquàm sustinuerat illum vel simpliciter vocare nomine, ipsam etiam appellationem habens exosam, nunc adoptat eum in cognationem, appellans eum filium. Quid igitur Davide felicitus, qui ex homicidâ fecit patrem, è suppo ovem, qui fornacem

## CAPUT XXV.

1. Mortuus est autem Samuel; et congregatus est universus Israel, et planxerunt eum, et sepelierunt eum in domo suâ in Ramatha. Consurgensque David descendit in desertum Pharaën.

2. Erat autem vir quispiam in solitudine Maon, et possessio ejus in Carmelo, et homo ille magnus nimis; eratque ei oves tria millia et mille capræ. Et accidit ut tonderetur grex ejus in Carmelo.

3. Nomen autem viri illius erat Nabal, et nomen uxoris ejus Abigail; eratque mulier illa prudentissima et speciosa: porrò vir ejus durus et pessimus et malitiosus; erat autem de genere Caleb.

4. Cùm ergo audisset David in deserto quòd tonderet Nabal gregem suum,

5. Misit decem juvenes, et dixit eis: Ascendite in Carmelum, et venietis ad Nabal, et salutabitis eum ex nomine meo pacificè,

6. Et dicetis: Sit fratribus meis et tibi pax, et domui tuæ pax, et omnibus quæcumque habes sit pax.

7. Audivi quòd tonderent pastores tui, qui erant nobiscum in deserto: nunquàm eis molesti fuimus, nec aliquando defuit quidquam eis de grege, omni tempore quo fuerunt nobiscum in Carmelo.

8. Interroga pueros tuos, et indica-

« iracundiæ multo implevit rorem, quique tempestatem vertit in tranquillitatem, quique timorem omnem iræ exstantis animi reclinavit? Verba quippe Davidis ingressa in eum animus istius efferat totam hanc perfectè runt immutationem: quod è Saülis verbisprehendas licet. Neque enim dixit, sermone tu isti, fili David; sed vox tua ista, fili David? adeò mox ad vocem ipsam incauit. » Vide reliqua, quæ perbella sunt, ubi præclara à Chrysostomo documenta traduntur, quæ plurimum valent ad sedandos iratos et offensos animos; ut à quo offensus es, officiis occupes, honore prævenis, prior salutes. Quæ omnia sic tractat luculenter, ut hic, si uspiam, maximè Chrysostomum agnoscas.

## CHAPITRE XXV.

1. Or, Samuël mourut; tout Israël s'assembla pour le pleurer, et il fut enterré dans sa maison de Ramatha. Alors David se retira dans le désert de Pharaën.

2. Or, il y avait un homme dans le désert de Maon, proche le désert de Pharaën, qui avait son bien sur le Carmel. Cet homme était extrêmement riche; il avait trois mille brebis et mille chèvres. Il arriva qu'il fit tondre alors ses brebis sur le Carmel, de la tribu de Juda.

3. Il s'appelait Nabal, et sa femme Abigail. Abigail était très-prudente et fort belle, mais pour lui, c'était un homme dur, brutal et très-méchant; il était de la race de Caleb.

4. David, ayant donc appris dans le désert que Nabal faisait tondre ses brebis,

5. Lui envoya dix jeunes hommes, auxquels il dit: Allez-vous-en sur le Carmel trouver Nabal; saluez-le de ma part civilement,

6. Et dites-lui: Que la paix soit avec mes frères et avec vous, que la paix soit dans votre maison, que la paix soit sur tout ce que vous possédez.

7. J'ai appris que vos bergers, qui étaient avec nous dans le désert, touchent vos brebis. Nous ne leur avons jamais fait aucune peine, et ils n'ont rien perdu de leur troupeau pendant tout le temps qu'ils ont été avec nous sur le Carmel.

8. Demandez-le à vos gens, et ils vous le di-

bunt tibi. Nunc ergo inveniant pueri tui gratiam in oculis tuis, in die enim donā venimus : quodcumque invenerit manus tua, da servis tuis et filio tuo David.

9. Cūque venissent puer David, locuti sunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine David, et siluerunt.

10. Respondens autem Nabal pueris David, ait : Quis est David ? et quis est filius Isai ? Hodie increverunt servi qui fugiunt dominos suos.

11. Tollam ergo panes meos et aquas meas, et carnes pecorum quæ occidi tonsoribus meis, et dabo viris quos nescio unde sint ?

12. Regressi sunt itaque pueri David per viam suam, et reversi venerunt, et nuntiaverunt ei omnia verba quæ dixerat.

13. Tunc ait David pueris suis : Accingatur unusquisque gladio suo. Et accincti sunt singuli gladiis suis, accinctusque est et David ense suo ; et secuti sunt David quasi quadringenti viri : porrò ducenti remanserunt ad sarcinas.

14. Abigail autem, uxori Nabal, nuntiavit unus de pueris suis, dicens : Ecce David misit nuntios de deserto at benedicerent domino nostro, et aversatus est eos.

15. Homines isti boni satis fuerunt nobis, et non molesti ; nec quidquam aliquando perit omni tempore quo fuimus conversati cum eis in deserto :

16. Pro muro erant nobis, tam in nocte quàm in die, omnibus diebus quibus pavimus apud eos greges.

17. Quam ob rem considera et recogita quid facias, quoniam completa est malitia adversum virum tuum et adversum domum tuam, et ipse est filius Belial, ita ut nemo possit ei loqui.

18. Festinavit igitur Abigail, et tulit ducentos panes et duos utres vini et quinque arietes coctos et quinque sata polentæ et centum ligaturas uvæ passæ

ront. Que vos serviteurs trouvent donc maintenant grâce devant vos yeux, car nous venons à vous dans un jour de joie : donnez à vos serviteurs, et à David votre fils, tout ce qu'il vous plaira.

9. Les gens de David étant venus trouver Nabal, lui dirent ces mêmes paroles de la part de David, et attendirent sa réponse.

10. Mais Nabal leur répondit : Qui est David, et qui est le fils d'Isai, pour que je lui fasse des présents ? On ne voit autre chose aujourd'hui que des serviteurs qui fuient leur maître.

11. Quo ! j'irai prendre mon pain et mon eau, et la chair des bêtes que j'ai fait tuer pour ceux qui tondent mes brebis, et je les donnerai à des gens que je ne connais point !

12. Les gens de David, étant retournés sur leurs pas, vinrent le retrouver, et lui rapportèrent tout ce que Nabal leur avait dit.

13. Alors David dit à ses gens : Que chacun prenne son épée. Tous prirent leurs épées, et David prit aussi la sienne, et marcha, suivi d'environ quatre cents hommes ; et deux cents demeurèrent pour garder le bagage.

14. Alors un des serviteurs de Nabal dit à Abigail, sa femme : David vient d'envoyer du désert quelques-uns de ses gens pour saluer notre maître, mais il les a rebutés avec rudesse.

15. Ces gens-là nous ont été très-utiles, et ils ne nous ont fait aucune peine ; tant que nous avons été avec eux dans le désert, il ne s'est rien perdu de nos troupeaux.

16. Ils nous servaient comme de muraille, tant de nuit que de jour, pendant le temps que nous avons été au milieu d'eux avec nos troupeaux ; ils nous ont mis à couvert des courses des Philistins.

17. C'est pourquoi pensez-y bien, et voyez ce que vous avez à faire, car quelque grand malheur est près de tomber sur votre mari et sur votre maison, parce que cet homme-là est un fils de Belial ; et personne ne saurait plus lui parler, tant il est violent et emporté.

18. En même temps Abigail prit en grande hâte deux cents pains, deux vases pleins de vin, cinq moutons prêts à manger, cinq boisseaux de farine, cent paquets de raisins secs

et ducentas massas caricarum, et posuit super asinos.

19. Dixitque pueris suis : Præcedite me, ecce ego post tergum sequar vos. Viro autem suo Nabal non indicavit.

20. Cùm ergo ascendisset asinum et descenderet ad radices montis, David et viri ejus descendeabant in occursum ejus ; quibus et illa occurrit.

21. Et ait David : Verè frustra servavi omnia quæ hujus erant in deserto, et non perit quidquam de cunctis quæ ad eum pertinebant ; et reddidit mihi malum pro bono.

22. Hæc faciat Deus inimicis David et hæc addat, si reliquero de omnibus quæ ad ipsum pertinent, usque manè, mingentem ad parietem.

23. Cùm autem vidisset Abigail David, festinavit, et descendit de asino, et procidit coram David super faciem suam, et adoravit super terram,

24. Et cecidit ad pedes ejus, et dixit : In me sit, domine mi, hæc iniquitas ; loquatur, obsecro, ancilla tua in auribus tuis et audi verba famulæ tuæ.

25. Ne ponat, oro, dominus meus rex cor suum super virum istum iniquum Nabal, quoniam secundum nomen suum stultus est, et stultitia est cum eo ; ego autem ancilla tua non vidi pueros tuos, domine mi, quos misisti.

26. Nunc ergo, domine mi, vivit Dominus (et vivit anima tua !) qui prohibuit te ne venires in sanguinem, et salvavit manum tuam tibi ! et nunc fiant sicut Nabal inimici tui, et qui quærent dominum meo malum.

27. Quapropter suscipe benedictionem hæc, quam attulit ancilla tua tibi domino meo, et da pueris qui sequuntur te dominum meum.

28. Aufer isiquitatem famulæ tuæ ; faciens enim faciet Dominus tibi domino meo donum fidelem, quia prælia Domi-

et deux cents cabas de figues sèches. Elle mit tout cela sur des ânes,

19. Et dit à ses gens : Allez devant ; je vais vous suivre. Et elle ne dit rien de tout cela à Nabal, son mari.

20. Étant donc montée sur un âne, comme elle descendait au pied de la montagne, elle rencontra David et ses gens qui venaient dans le même chemin.

21. David disait alors : C'est bien en vain que j'ai conservé dans le désert tout ce qui était à cet homme, sans qu'il s'en soit rien perdu, puisque après cela il me rend le mal pour le bien.

22. Que Dieu traite les ennemis de David dans toute sa sévérité, et qu'il y ajoute de plus grandes peines, si je laisse rien en vie demain au matin de tout ce qui appartient à Nabal, homme ou bête.

23. Abigail ayant aperçu David, descendit de dessus son âne, et lui fit une profonde révérence en se prosternant le visage contre terre.

24. Elle se jeta à ses pieds, et lui dit : Que cette méchante iniquité, mon seigneur, tombe sur moi. Permettez seulement, je vous prie, à votre servante de vous parler, et ne refusez pas de l'entendre.

25. Que le cœur de mon seigneur et de mon roi ne soit point sensible à l'injustice de Nabal, parce qu'il est insensé ; et son nom même, qui signifie fou, marque sa folie ; car pour moi, mon seigneur, je n'ai point vu les gens que vous avez envoyés.

26. Maintenant donc, mon seigneur, vive le Seigneur, et vivez vous-même, puisque le Seigneur vous a empêché de venir répandre le sang, et qu'il vous a retenu la main en m'envoyant au-devant de vous ; et que vos ennemis qui cherchent les moyens de vous nuire, deviennent semblables à Nabal.

27. Mais recevez, je vous prie, ce présent, que votre servante vous apporte pour vous, mon seigneur, et pour en faire part à tous vos gens.

28. Retenez l'iniquité de votre servante ; ce pardon si généreux est digne d'un homme sur qui Dieu a de grands desseins ; car le Seigneur

ni, domine mi, tu præliaris : malitis ergo non inveniatur in te omnibus diebus vite tue.

29. Si enim surrexit aliquando homo persequens te et querens animam tuam, erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viventium apud Dominum Deum tuum : porrò inimicorum tuorum anima rotabitur quasi in impetu et circulo fundæ.

30. Cum ergo fecerit Dominus tibi domino meo omnia quæ locutus est bona dete, et constituerit te ducem super Israël.

31. Non erit tibi hoc in singultum et in scrupulum cordis domino meo, quod effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te ultus fueris ; et cum benefecerit Dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ.

32. Et ait David ad Abigail : Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit hodiè te in occursum meum ; et benedictum eloquium tuum ;

33. Et benedicta tu, quæ prohibuisti me hodiè ne irem ad sanguinem et ulciscerer me manu meâ :

34. Alioquin, vivit Dominus Deus Israel, qui prohibuit me ne malum facerem tibi ! nisi citò venisses in occursum mihi, non remansisset Nabal usque ad lucem matutinam mingens ad parietem.

35. Suscepit ergo David de manu ejus omnia quæ attulerat ei, dixitque ei : Vade pacificè in domum tuam ; ecce audivi vocem tuam, et honoravi faciem tuam.

36. Venit autem Abigail ad Nabal ; et ecce erat ei convivium in domo ejus quasi convivium regis, et cor Nabal jucundum ; erat enim ebrius nimis : et non indicavit ei verbum pusillum aut grande usque manè.

37. Diluculo autem, cum digressisset vinum Nabal, indicavit ei uxor sua verba hæc, et emortuum est cor ejus intrinsecus, et factus est quasi lapis.

38. Cumque pertransisset decem dies, percussit Dominus Nabal, et mortuus est.

très-certainement établira votre maison, parce que vous combattrez pour lui. Qu'il ne trouve donc en vous aucun mal pendant tous les jours de votre vie.

29. S'il s'élève un jour quelqu'un qui vous persécute, mon seigneur, et qui cherche à vous ôter la vie, votre vie, précieuse au Seigneur votre Dieu, sera du nombre de celles des vivants, qu'il tient comme en sa garde ; mais celle de vos ennemis sera agitée et jetée bien loin, comme une pierre lancée avec effort dans une fronde.

30. Lors donc que le Seigneur vous aura fait les grands biens qu'il a prédits de vous, et qu'il vous aura établi chef sur Israël,

31. Le cœur de mon seigneur n'aura point ce scrupule ni ce remords, d'avoir répandu le sang innocent et de s'être vengé lui-même ; et quand Dieu vous aura comblé de biens, vous vous souviendrez, mon seigneur, de votre servante et du conseil qu'elle ose aujourd'hui vous donner.

32. David répondit à Abigail : Que le Seigneur Dieu d'Israël soit béni de vous avoir envoyée aujourd'hui au-devant de moi ; que votre parole soit bénie,

33. Et soyez bénie vous-même de ce que vous m'avez empêché de répandre le sang et de me venger de ma propre main ;

34. Car, sans cela, je jure par le Seigneur Dieu d'Israël, qui m'a empêché de vous faire du mal, que si vous ne fussiez venue promptement au-devant de moi, il ne serait resté en vie demain au matin dans la maison de Nabal ni homme ni bête.

35. David reçut donc de sa main tout ce qu'elle avait apporté, et lui dit : Allez en paix dans votre maison ; j'ai fait ce que vous m'avez demandé, et c'est en considération de votre personne que je l'ai fait.

36. Abigail ensuite retourna vers Nabal, et elle trouva qu'il faisait dans sa maison un festin de roi ; son cœur nageait dans la joie, car il avait tant bu qu'il était tout ivre. Abigail ne lui parla de rien jusqu'au matin.

37. Le lendemain, lorsqu'il eut dissipé les vapeurs du vin, sa femme lui rapporta tout ce qui s'était passé ; et son cœur fut comme frappé de mort en lui-même, et il demeura insensible comme une pierre.

38. Dix jours après, le Seigneur frappa Nabal, et il mourut.

39. Quòd cùm audisset David mortuum Nabal, ait : Benedictus Dominus, qui judicavit causam opprobrii mei de manu Nabal, et servum suum custodivit à malo, et malitiam Nabal reddidit Dominus in caput ejus. Misit ergo David, et locutus est ad Abigail ut sumeret eam sibi in uxorem.

40. Et venerunt pueri David ad Abigail in Carmelum, et locuti sunt ad eam dicentes : David misit nos ad te ut accipiat te sibi in uxorem.

41. Quæ consurgens adoravit prona in terram, et ait : Ecce famula tua sit in ancillam ut lavet pedes servorum domini mei.

42. Et festinavit, et surrexit Abigail, et ascendit super asinum ; et quinque puellæ ierunt cum eâ, pedissequæ ejus : et secuta est nuntios David. Et facta est illi uxor.

43. Sed et Achinoam accepit David de Jezraël ; et fuit utraqûe uxor ejus.

44. Sautem dedit Michol filiam suam, uxorem David, Phalti, filio Lais, qui erat de Gallim.

## COMMENTARIUM.

VERS. 4. — MORTUUS EST AUTEM SAMUEL (1). Quo anno regni Sautis decesserit Samuel, incertum est, et tantum in eo assignando varietas, quanta in constituendo spatio regni Sautis. Quia in re nobis laborandum non est, qui supra statutum, Sautis regnum non fuisse productum ultra biennium. Quocirca cùm paulò ante Sautem defunctus fuerit Samuel, non est dubitandum sub finem anni secundum regni decessisse. Seder Olam tradit cap. 15, Samueltem

(1) En ce temps-là Samuël mourut, et tout Israël le pleura. Samuël meurt, et tout le peuple s'assemble à ses funérailles. Un prophète qui les avaient comme rejeté pendant qu'il vivait, et qui les laissait dans une vie particulièrement, sans le prier de prendre part au gouvernement, les touche de regret à sa mort par le souvenir de sa vertu. Et l'on voit ici ce qui arrive presque toujours aux grands hommes, qu'on les méprise ou qu'on les considère peu durant leur vie, mais qu'on ne laisse pas enfin de redoubler à leur mémoire la vénération et les louanges qui lui sont dues. Memoria justi cum laudibus, dit le sage. (Sacy.)

59. David ayant appris la mort de Nabal, dit : Béni soit le Seigneur, qui m'a vengé de la manière outrageuse dont Nabal m'avait traité, qui a préservé son serviteur du mal qu'il était près de faire, et a fait retomber l'iniquité de Nabal sur sa tête, sans que j'y aie eu part ! Cependant David envoya vers Abigail, et lui fit parler pour la demander en mariage.

40. Les gens de David vinrent la trouver sur le Carmel, et lui dirent : David nous a envoyés vers vous pour vous témoigner qu'il souhaite de vous épouser.

41. Abigail aussitôt se prosterna jusqu'à terre, et dit : Votre servante serait trop heureuse d'être employée à laver les pieds des serviteurs de mon seigneur.

42. Abigail ensuite, se levant promptement, monta sur un âne ; et cinq filles qui la servaient allèrent avec elle. Elle suivit les gens de David, et elle l'épousa.

43. David épousa aussi Achinoam, qui était de Jezraël ; et l'une et l'autre furent ses femmes.

44. Saül, de son côté, donna Michol, sa fille, femme de David, à Phalti, fils de Lais, qui était de Gallim.

ante Sautis obitum quatuor tantum mensibus fuisse defunctum.

ET CONGREGATUS EST UNIVERSUS ISRAEL, ET PLANXERUNT EUM. Scriptura sacra, quæ à quotidiani sermonis usu non recedit, universalis vocis significat ea, in quibus multitudinis potius est, et frequentia, quàm propria universalitatis ratio. Sic totus Israel dicitur secutus Absalomem lib. 2 Reg. cap. 25, et totus mundus abire post Christum dicitur, Joannis cap. 12, v. 19, et tamen scimus, neque totum mundum abisse post Christum, neque totum Israelcem adhaeruisse Absalomi. Sic ergo quia frequentes ex omnibus tribus Israelis interfuerunt Samuelis exequiis, idèò universus Israel ad illius funus et planctum congregatus dicitur. Porrò quid sit apud Hebræos plangere in alienjus funere, docuit Hieron. Epist. 23, ad Paulam : « Stepliano, inquit, fecerunt Hierosolymæ fratres tres planctum magnum. Et utique planctus magnus non in plangentium examinatione, sed in tu putas, sed in pompâ funeris, et æte-

quarum frequentiâ intelligendus est. Denique que de Jacob Scriptura sic loquitur : Et ascendit Joseph sepelire patrem suum : Et ascenderunt cum eo omnes pueri Pharaonis, et seniores domus ejus, et seniores omnis terræ Ægypti, et omnis domus Joseph, et fratres ejus. Et post paululum : Et ascenderunt cum eo quadrigæ et equites, et facta sunt castra grandia nimis. Ac deinde : Et planxerunt eum planctu magno, et forti nimis. Planctus iste sollemnis non longas Ægyptiis imperat lacrymas, sed funeris monstrat ornatum. Juxta quem modum Aaron quoque, et Moyses fletos esse manifestum est.

Sepultus est autem in Ramatha, natali videlicet solo; inde tamen illius ossa longè post Constantinopolim fuisse translata, magnæque haberi in veneratione tradit Hieronymus contra Vigilantium; Nicephorus, lib 14, capite 10. Ibi autem in illius honorem templum fuisse à Justiniano constructum, auctor est Procopius lib. 5, de Ædificiis Justiniani.

CONVERGENSQUE DAVID DESCENDIT IN DESERTUM PHARAM. Pharam oppidum est, de quo Hieronymus in Locis hebraicis, v. *Faran*. Quod esse dicit trans Arabiam junctum Saracenis, qui in solitudine vagi errant : et per hoc iter fecisse filios Israel, cum de monte Sina castra movissent. Sed est etiam desertum à Sinai monte usque ad illam partem terræ promissionis, quæ attingit fines Juda, in quo deserto habitaverunt Ismaelitæ, qui et Saraceni, ut docet supra Hieronymus; et descendit hoc tempore David. Quod ipse indicat, imò meo judicio docet ipse David non obscure, cum dicit Psal. 119 : *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est! habitavi cum habitantibus Cedar*. Cedarenes autem habitasse in deserto Pharam, nemini credo dubium. Cum autem David ex speluncâ, quæ erat in montibus Engaddi, migrâsse dicitur ad tutiora loca, ad Pharam, ut apparet, profectus est; ad illam, inquam, partem deserti, quæ non longè abest ab his locis, ubi antea David et illius socii habuere latibulum; nempe à Ziphais, Maon, et Carmelo, de quo statim; quæ omnia proxima sibi sunt, et pertinent ad tribum Juda, ut liquet ex Josue cap. 15, v. 55. Non tamen constat, quo in loco primitum condescerit David, postquam ex Engadditano secessu profectus est. Videtur autem eligisse sibi collem Hæhila, ut indicat cap. 26, in regione Ziphæorum.

VERS. 2. — (1) ERAT AUTEM VIR QUI SPIAM IN (1) POSSESSIO EJUS IN CARMELO. Hebræus :

SOLITUDINE MAON, Diximus, Carmelotum esse solitudini Maon, in Ziphæorum, ut reor, finibus. Eo autem loco vir erat potens nomine Nabal, cui rês erat ampla pecunia, et rustica, homo ingenio illiberali, distorto et duro, ex genere Caleb, cui uxor erat ingenio, moribus diversa, tum etiam elegantî formâ, et prudentiâ singulari, nomine Abigail (1).

VERS. 4. — CUM ERGO AUDISSET DAVID IN DESERTO, QUOD TONDERET NABAL GREGEM SUUM. Commune fuit Hebræis, cum fructus perciperent sive ex agris et vineis, sive ex pecore, habere letos et geniales dies. De messe etc. sicut qui letantur in messe, sicut exultant victores capti prædâ. Hoc idem de vindemiâ dicit Isaias, cap. 16, v. 10 : *Auferetur lætitiâ et exultatio de Carmelo, et in vineis non exultabit, neque jubilabit, vimin in torculari non calcabit, qui calcare consueverat; vocem calcantium abstuli. Pro voce calcantium, cum hæc eadem repeteret Jerem. cap. 48, v. 35, celeusma posuit. Nequaquam, inquit, calcator vœv solitum celeusma cantabit*. Eodem modo in ovium tonsione, quando major è pecudè capitur fructus, dies geniales celebrantur convivii; quod planè docet hic locus. Neque enim nõsset David convivii indulgere splendidi Nabal, nisi experientiâ nõsset (maximè cum vitam aliquandù pastoritiam egisset) dum tondentur greges, dies sumi hilares et splendidos. Quod etiam docuit Absalom : nam cum tonderet gregem, invitavit Davidem regem ad convivium; neque aliam adduxit causam, quam quòd eo diu greges tonderentur. Sic autem Absalom ad patrem, c. 15, v. 24 : *Eccc tondentur oves servi tui; veniat, oro, rex cum servis suis ad servum suum*. Et v. 27 : *Pecerat Absalom convivium, quasi convivium regis*. Juxta patriam igitur consuetudinem Nabal homo potens, splendidum amicis et famulis convivium adornârat, quod v. 36, quasi convivium regis fuisse.

Opus ejus in Carmelo; negotia et possessiones. Etatis illius census omnis et opes in gregibus erant; et montes Palestine plerique divites erant pascuis; quare non semel meminit Scripturæ feni et herbarum montium. Opus valet interdum divitiis, census : *Qui mollis et dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipans*, id est, frater prodigi, cujus res omnes brevi dissipabuntur. (Calmet.)

(1) DE GENSERE CALEB. Sermo est hie de Calebo filio Jephone, suâ in Deum fide celebris. Septuaginta et Arabs : *Homo est caninus, cynicus, impudens, ferus, brutalis*. Syriacus : *Rabidus*. Innuere videtur Jesusus, illum Cynicorum vitæ genus secutum fuisse; quod inter absurda est absurdissimum. (Calmet.)

traditur. Quam occasione David perire noluit, sed decem ex sociis, quos secum habuit in deserto, cum his mandatis mittit ad Nabal. Jubet primum, ut illum verbis salutem humanissimis, precurrenturque non ipsi solum, sed etiam toti familie, et his qui cum ipso aderant, quos benevolentia gratiâ fratres appellat; rebus denique omnibus, quæ ad ipsum quoquo modo pertinerent, pacem, id est, fortunam bonam; ne videlicet illis aliquid contingat adversum; et doceant tandem, quo in statu sit illorum sine ullo suo merito vexata conditio : quemadmodum cum extrema paterentur in eâ solitudine, nullam tamen ipsius pastoribus attulerint molestiam; cujus rei pastores ipsos testes accersere non esset difficile. Quare cum in die bonâ venerint, quando dies sunt abundantes et hilares, orare se, ut ex illâ tantâ rerum abundantia ad homines inopes, neque malè de gregibus pastoribusque meritis pars aliqua pertineat. Ad hæc mandata, quæ, ut erant à Davide præscripta, à decem legatis delata sunt, sic respondit homo durus et agrestis (1).

(1) VERS. 6. — SIT FRATRIBUS MEIS ET TIBI PAX. Hebræus : *Et dices illi : Ad vitam, et tuam, et domus tuæ pacem*. Opto tibi valetudinem et vitam; tu et familia tua tranquille, prospere ac quietè vivatis. Chaldæus : *Et dicitis sic : Per vitam tuam, et tuam pacem et domus tuæ pacem*. Septuaginta : *Et dicitis hæc : In horas et tu salutem, et domus tuæ, et omnia tua salva*. Pergas facere in multos annos id quod hodie fecisti.

(Calmet.)  
VERS. 7. — NUNQUAM EIS MOLESTI FUIMUS. Id utique satis erat, ut Nabalem sibi promererentur, aliquid modestæ suæ præmii ab illo refferent. Beneficium loco habendum est, si armati homines, potentes simul egentesque, potentia suâ non abutuntur, ut vi non rapiant eâ quæ nemo ab illis tueri potest. Cum illis libera sit facultas mali impunè patrândi, beneficium loco habendum est, si à malo abstinuerint. Sed David ejusque milites ædium sua erga Nabalem beneficia verbis non amplificant, potius minuumt, nec nisi minimam partem commemorant. Non enim tantummodo hostile nihil serviant Nabalis intulerant, sed et amicè illos non semel injuraverant : *Boni satis nobis fuerunt, et non molesti, fatentur servi illi cum Abigail loquentes; adtuncque : Pro muro nobis erant (adversus hostes) tam in nocte quam in die. Nihilne præmii hæc merebantur*. (Calmet.)

VERS. 8. — IN DIE ENIM BONA VENIMUS. Opportune venimus, quo tempore domus tua omnis gaudet. Moribus receptum erat, ut cum oves tonderantur, festi et læti dies agerentur. Per idem tempus Absalom Davidem patrem suum et fratres suosque suas invitavit, ac neci tradidit Annonem, ut injuriam sorori suæ Thamar illatam ulcisceretur.

DA FILIO TEO DAVID. Ita loquitur sive ob atatem Nabalis, Davide senioris, sive quòd Nabal ad eandem tribum Judæ ad quam et David, pertinere. (Calmet.)

VERS. 10. — QUIS EST DAVID? ET QUIS (1) EST FILIUS ISAI? HODIE INCREVERUNT SERVI, QUI FUGIUNT DOMINOS SCOS. Non solum non tradidit Nabal id quod per legatos supplex oraverat David, sed etiam illos, et Davidem ipsum contumeliis oneratos dimisit. Et primum ignorare se dicit Davidem, dum ait : *Quis est David?* Quo dicendi genere tum utitur, quando aliquid contemnimus, aut nihil illi nos debere significamus; quasi ille nullo ad nos modo, jureque pertineat. Quomodo Pharaõ cum mandato per Moysen accepisset à Domino, quasi Deum neque revereretur, neque curaret, dixit, Exod. 5, v. 2 : *Quis est Dominus, ut audiam vocem ejus, et dimittam Israel?* Nescio Dominum, et Israel non dimittam. Deinde appellat filium Isai, quod, ut diximus cap. 20, genus est convicii.

HODIE INCREVERUNT SERVI. Hæc non ad Davidem solum spectant, sed etiam ad Davidis socios, quos servos appellat fugitivos, et tamen reges videri volunt et aliis imperare, quæ sibi ad victum, vitæque subsidium necessaria sunt; quod intolerabilis est non arrogantia solum, sed etiam impudentia. Illud, *increverunt servi*,

(1) Nabal répondit : *Qui est David, et qui est filius Isai?* La dureté de Nabal doit épouvanter les riches, et leur faire craindre qu'ils ne manquent à la charité qu'ils doivent à ceux qui sont dans le besoin, et principalement de ceux qui sont persécutés injustement. Nabal devait avoir de lui-même prévu David. Cette exacte discipline des gens de David, que ses serviteurs mêmes avoient admirée, devait lui avoir ouvert les yeux, pour trouver les occasions de lui témoigner quelque reconnaissance en un temps où il pouvoit juger que David ne prenant rien pour lui, n'aurait besoin de tout. Mais ce riche malheureux de l'ancienne loi fait voir aussi bien que celui de la nouvelle, que la folie est d'ordinaire jointe aux richesses, et que peu de ceux qui ont de grands biens, ont en même temps assez de sagesse pour en bien user. Bien loin de prévenir la nécessité de ceux qui souffrent, ils rejettent même leurs demandes lorsque l'extrémité où ils sont réduits a forcé leur honte, et les a contraints de découvrir leurs besoins. Leur avarice est ingénieuse pour se couvrir de prétextes spécieux, et pour faire voir que c'est la raison même qui les oblige à se dépouiller des sentiments de l'humanité.

Tout le monde est plein aujourd'hui de serviteurs qui fuient leurs maîtres. Nabal joint l'insulte à la dureté, et il est l'image de tant de personnes qui, au lieu de se déclarer pour les affligés, et de secourir ceux qu'on vouloit opprimer injustement, prennent le parti des plus forts, et traitent d'ennemis publics ceux qui ne pensent, comme David, qu'à vivre dans l'innocence sans faire tort à personne, et qui conservent toujours des sentiments d'affection et de tendresse envers ceux mêmes qui les haïssent sans aucun sujet. (Sacy.)

sic accipiunt communiter interpretes, ut putent significari multiplicatos esse servos à dominorum suorum dominata fugitivos, et ex illis constitutum esse latronum infensum et copiosum agmen. Quod mihi placet, maxime cum verbum *rabdu*, pro quo noster interpres, *increverunt*, reddidit, id frequentius significet. Sed sanè verbum illud non solum in quantitate et numero, sed etiam in qualitate incrementum valet. Quare qui honore angetur, et dignitate, ut magister et doctor, *rab* appellatur, seu *rabi*. Sanè illud Job 52, v. 3, *lorabim iecham*, pro quo Vulgatus. *Non sunt longevi, sapientes, alii honorabiles* convertunt, ut Pagninus; alii *magnates*, ut Tigurina, et Vatablus. Et quidem verbum latinum *increasco*, non tam quantitatem discretam, id est, augmentum in multitudine, quam incrementum in quantitate continet, aut dignitate valet. Quare ego in hac explicationem magis propendeo, et Nabal verba in hunc modum accipio: Hodie servi vilissimi, qui propter sua aut flagitia, aut aris alieni, quod dissolvere non possunt, grave pondus, à dominis quorum imperio suberant, effugerunt, increverunt, id est, spiritus arrogant sibi regios, ad aliquid quasi dignitatis incrementum sublatis, ita ut ab aliis, quasi à vectigalibus et subditis, victum suo sibi iure imperiosè exigant. Sed neque id extorquebant à me, neque committant, ut quæ tonsoribus meis, ac domesticis paravi, illa devorent, quos neque novi, neque nosse velim.

Mentitur hoc loco planè Nabal; neque enim hoc loco David quasi dominus imperat, sed quæ rerum omnium egenus simplex orat, quomodoque porrigere voluerit alimentum. Quòd cumque, inquit, *invenit manus tua, dà servis tuis*. « Quid differunt, inquit Theodoretus, hæc verba à verbis, quibus utuntur mendaces? Sed sanè et verum esset, quod Davidi, et sociis objicit Nabal, satis haberet gravem offensionis causam; est enim intolerabile, eos, qui cum ex humili sint, et obscuro loco, videri tamen volunt principes, et aliis jus dicere, et in aliorum non solum opes, sed corpus plenam habere potestatem. Quæ de re acuta sunt sapientium virorum, et amara convicia. Duo, aut tria producunt, tu plura invenies. Horatius in Epodo ode 4, ad quemdam, qui è servili conditione ad magistratum evehctus inflatus incedebat:

*Ensis et agnis quanta sortio obtigit,*

*Tecum mihi discordia est,*

*Aberciis peraste famibus latens,*

*Et cetera dara compede.*

*Licet superbus ambules pecuniat,*

*Fortuna non mutat genus.*

*Videsne Sacram meliente te viam*

*Cum bis ter ultramar togâ,*

*Ut ora vertat licet et hinc tantum*

*Liberrima indignatio?*

Cum eadem indignatione, atque offensione Tibull. lib. 2, Eleg. 5.

*Nota loquor, regnum ipse tenet, quem sæpe coegit*

*Barbara gypsatos ferre catasta pedes.*

Vers. (1) 12. — REGRESSI SUNT ITAQUE PUERI DAVID. Cum ergo duribus essent accepti, re prorsus infecta servi Davidis redierunt ad illum, et quomodò à barbaro illo homine forent excepti, retulerunt. Ad quorum verba sic exarsit David, ut statim decreverit de tam inurbanâ atque ingrâtâ responsione sumendam esse vindictam. Quare edicit omnibus, ut accingant se ferro; quod etiam ipse fecit, et relictis ad sarcinas ex eo numero ducentis, quadringentos alios armatos eduxit, et rectâ tetendit ad locum, unde supplices fuerant superbe et infumantè repulsi (2).

Vers. 14. — (3) ABIGAIL AUTEM UXORI NABAL.

(4) Vers. 11. — TOLLAM AQUAS MEAS, ut ejusmodi hominibus tradam? Aqua hic ponitur pro quocumque potionis genere, ut panis pro annona. Septuaginta vertunt, *vinum meum*. Syriacus et Arabs, *potum meum*. Vino ulique non carebat Nabal, quippe qui turpissimè ebrius eâ die fuit, v. 36.

CARNES PECORUM, quæ pro messoribus meis paravi. Hebræus: *Victimam meam*, quæ maculavit animalia. Porro eadem voce significantur non minus animalia ob convivium macetata, quam quæ Domino immolantur. (Calmet.)

(2) Vers. 15. — *Alors David dit à ses gens: Que chacun prenne son épée. David commande à ses gens de s'armer pour détruire la maison de Nabal. C'est une vengeance excessive, et que nous ne devons pas nous mettre en peine d'exercer en David, puisqu'il la condamne ensuite lui-même, et qu'il rend grâces à Dieu de ce qu'il ne l'a pas abandonné à la chaleur indisciplinée de sa colère. Il est pourtant vrai que cette action de Nabal était très-digne de la haine, non seulement des hommes, mais de Dieu même, comme il a paru par la manière si prompte et si extraordinaire dont il l'a punie. Ceci nous fait voir qu'il ne suffit pas de n'avoir point de bien qui soit mal acquis, et de ne point désirer celui des autres, si on use de celui que l'on a reçu de Dieu pour satisfaire son luxe ou son avarice, sans se mettre en peine d'en faire part à ceux qui souffrent, principalement lorsqu'ils sont aimés de Dieu, et qu'ils ne sont tombés dans la disgrâce des hommes que pour avoir taché de suivre ses ordres avec une exacte fidélité.* (Sacy.)

(3) AVERSUS EST EOS, durò illos repulit. Hebræus ad litteram: *Involavit in illos, tanquam avis quæ in prædam ruit. Iratus est, vel*

SENTIANT UNOS DE PUERIS SUI. Facile servi, qui tunc aderant, cum durè Nabal, et contumeliosè supplices jussit longè faecessere, conjectarunt, quo animo responsum illud esset accepturus David, cujus spiritus et ingenium noverant ex longâ consuetudine, quam cum illo habuerunt in solitudine Maon. Quare occurrendum censuerunt justissimè Davidis indignationi, à quo tam Nabal, quam illius familie paratum videbant esse malum. Cum autem nemo Nabal propter illius in malo consilio confirmatum animum, et quia ab illo nihil opportunitum exorari posse existimabant, admonere non auderent de periculo, quod jamjam imminere suspicabantur, adent illius uxorem Abigail, cujus prudentiâ credebant sodatum iri Davidis offensionem. Illorum igitur anus edocet, quid orarit David, et quid fuerit illius petitioni responsum à Nabal; indignum videri tanto viro, à quo nihil gregibus esset allatum mali, imò à quo greges multum commoditatis habuerint, tam fuisse rusticè ac barbare responsum, ut pro beneficiis contumeliam extorserit. Quare consideret iterum atque iterum, quid facto opus sit, nisi prorsus de ipsius viro, totaque familia actum esse velit. Accessit enim extremum malitiæ cumulus, neque videtur ulterius differendum esse supplicium, quod tanta viri intemperies accessit; neque ejus esse ingenui hominem ferocem, et stolidum, ut proponi illi, aut ab illo sperari possit aliquid opportunum. Quare ipsa viri partes atque familie suscipiat (1).

Vers. 18. — FESTINAVIT Igitur ABIGAIL. Nichil cunctata Abigail, quia nullam vis morbi medicinæ moram patiebatur, illa paravit omnia, quæ David in illis rerum angustiis usui futura

invectus est in illos. Chaldaeus: *Abominatus est in eos, contempsit illos. Septuaginta: Declinavit ab eis, ab illis recessit.* (Calmet.)

(1) Vers. 15. — *Ces gens-là nous ont été très-commodés. Ces paroles nous font voir ce que nous avons marqué un peu auparavant, qu'en core que David eût auprès de lui une troupe de gens pauvres et qui étaient accablés de dettes, il les faisait vivre néanmoins parmi leur extrême indigence dans un très-grand ordre, et qu'il leur avait persuadé les sentiments qu'il avait lui-même, qu'il vaut mieux souffrir le mal que de le commettre, et qu'une pauvreté innocente est préférable sans comparaison à des richesses en astes.* (Sacy.)

Vers. 16. — *Pro MERO KRANT NOBIS, id est, nos defendebant ab incursu hostium. Jure ergo animum ab eis poscebat David; cives enim altere debent milites presidarios, qui eos cogant.* (Corn. à Lap.)

existimabat. Quæ omnia, ut apparet, pro se, suisque Nabal ad splendendum illud tonsoriumque convivium abundanter paraverat. Sunit itaque ducentos panes, et utres duos vini plenos, quinque arietes coctos, eisdemè comparatos ad mensam. Ubi Vulgatus, *quinque arietes coctos*, Hebræicè est, *quinque arietes factos*; id est, paratos ad mensam; Hebræi enim coctæ interdum sensu accipiunt *facere, ac præparare*. Sic Genes. 18, v. 7: *Festinavit, et coxit illum*. Hebræicè: *Festinavit facere illum*. Et Joan. 13, v. 2: *Cena facta*, id est, parata.

ET QUINQUE SATI POLENTÆ. Satum mensura est Hebræorum, quæ, ut dicit Hieronymus ad illud Math. 13, v. 33: *Quod accepit mulier abscondit in farina satis tribus, modium certum, et semissem*. Ubi Vulgatus *poletentæ*, Hebræicè est *keti*, id est, *farina spicarum tostorum*. Hispanica translatio vertit: *Trigo terdè tostado*. Quid sit *poletentæ*, diximus supra, cap. 17, ubi David dicitur ephi potentæ fratribus suis attulisse, neque aliud esse arbitror, quod hic allatum est ab Abigail.

ET CENTUM LIGATURAS UVE PASSÆ, ET DUCENTAS MASSAS CARICARUM. *Ligature uvarum jam siccaram*, quæque passæ sunt solem, et ad antiquitatem servantur, sunt, ut opinor, facem aligati funiculo, quæ appellari commodè solent *fasciculi*, qui certum, ut opinor, modum, aut pondus habent; alioqui nihil certum dixisset sacer historicus, cum ligaturæ illæ esse possent valdè inter se dissimiles. Translatio Hispanica vertit: *Cien seras de passas, y docientas de higos*. Rab. David *tortas* interpretatur; solent enim *carice*, seu *ficus*, sic comprimi, ut ad tortarum similitudinem conformetur. Hispanus dicit, *pan de higos*; Chaldaeus, *libras*; omnes fortassè verè, quia masse; seu tortæ libram unam pendunt.

Vers. 19. — *DIXITQUE PUERIS SUI: PRæcEDITE ME*. Impositus hæc omnia asinis Abigail, justitque servos antecedere, ut oblati numeribus occupent Davidem ad eadem intentum, et illum à sumendâ vindictâ remorentur. Sumpsit illa, opinor, aliquid moræ, ut se honestè componeret, quò regis oculis gratior appareret, sicut etiam aliquot post seculis fecit Julidith. Satis enim notum est speciem valde plurimum ad capiendos et movendos animos; ut docuit Phryne famosa meretrix, quæ cum causâ laboraret, et damanda jam judicio videretur, suâ tamen pulchritudine perfectè, ut mortis, aut infamie periculum effugeret. Statim ergo subsecuta est servos, neque viro suo

consilium aperuit, ne forte protectionem illam impedit, aut quia more aliquid interponere, cum res esset agenda festinatò, futurum ex usu non putabat. Occurrit autem Davidi ad ipsas tñbitis radices, non longè videlicet ab eo loco, ubi daturus esset Nabal suæ ingrati tudinis atque stultitiæ poenas (1).

VERS. 21.—ET AIT DAVID: VERÈ FRUSTRA SERVAVI OMNIA, QUÆ HICUS ERANT. Quo tempore occurrit Davidi Abigail, loquebatur David aut secum, aut cum sociis, injuriarum repetens, et ignominiam, quam nullo suo merito acceperat à Nabal. Dicebat frustra servatos esse illius greges, et cum nihil interea dùm ipse ageret in eâ solitudine passi fuerint, nullam ab homine scelerato receptam esse gratiam, imò potius singularem extortam esse contumeliam.

VERS. 22. — HÆC FACIAT DOMINUS INIMICIS DAVID, ET HÆC ADDAT (2). Hæc sine dubio imprecationis est apud Hebræos frequentissima forma; sed omninò novus imprecandi modus. Cum enim hæc faciat, et hæc addat, aliquid significant infustum et durum, nihil videtur sibi David imprecari mali, si hostibus eveniant illa, quæ harum vocum usitata significatio portendit. Explicuimus hæc ad illud c. 20: *Requirat Dominus de manu inimicorum David.* Quæ tu vide; et insuper adde his verbis aliquid videri significatum, lætum quidem hostibus Davidis, ipsi tamen Davidi maximè contrarium. Ac si dicat David: Det hostibus meis

(1) VERS. 20. — CUM DESCENDERET AD RADICES MONTIS, DAVID ET VIRI EUS DESCENDERANT IN OCCURSUM EUS. Hebræus ad litteram: *Cum descenderet illa in obscuritate montis, ecce David et viri eius descendentes in occursum eius.* David è montibus Pharan, Abigail è Carmelo descendebant. *Obscuritas montis* innuere potest iter arboribus umbrosorum. Chaldæus: *In latere montis.* (Calmet.)

(2) Quid jurat David? an agrè laturus erat, si Deus districtè adversarios suos puniret? Septuaginta aliter explicant: *Hæc faciat Deus ipsi David, et hæc addat, etc.* Sed Hebræus, Chaldæus, Vulgata, et ipsi pariter Septuaginta in aliis codicibus legunt: *Hæc faciat Deus inimicis David.* Reputandum est igitur hæc jurandi formulæ David imprecari quidem sibi mala omnia, nisi de Nabal exigat ultionem; sed mali omnino evitandi gratiâ nomine suo omisso, inimicorum suorum nomen substituisse.

Syriacus et Arabis: *Si quidquam ex his quæ habet, relictum fuerit usque ad matutinum, appensum ad parietem.* Omnes trucidabo; quin et in domo Nabalis, si quid offendam, omnia rapiam. Chaldæus veritè: *Si reliquero in domo eius hominem quemcumque cognoscenem, qui bonum à malo per ætatem dignoscatur.* Sed neutra interpretatio verum hujus loci sensum pandere nobis videtur. Quare alterutra è relatis nitio retinenda est. (Calmet.)

Deus, ut sint in acie superiores, ut me de vitæ statu dejiciant, ut quæ ego gloriôsè fecisse videor, illorum obscurentur meliori successu. Hæc quidem imprecatio est, neque à litteris, ut apparet, extorta; quæ aliquid indicit, quod in Davidis caput duris intorquetur.

MINGENTEM AD PARIETEM. Variè hic locus à variis exponitur. Quidam intelligi hic putant eos, qui ex rationali naturâ firmo jam sunt et ad ultor corpore, quique jam ad parietem possunt levare vesicam. In his est Abulensis, et Chaldæus, dùm reddidit *cognoscenem cognitionem.* Alii ad virilem sexum ista contrahunt, quia ille loquendi modus minis convenit generi femineo. Communior est illa sententia, quæ his verbis canem describi putat. Quod mihi omninò placet; et favet huic sententiæ, quòd vox hebraica, pro quâ Vulgatus reddidit, *mingentem ad parietem*, est *mastin*: quæ vox apud Hispanos canem significat *pastorilium*. Sunt autem apud Hispanos voces non paucæ ex Hebræorum fonte, sicut *maisin*, huic similes, quæ detractorem, seu delatorem valent, et complures aliæ.

Secundò opinor hæc esse proverbialem hyperbolem, quâ furoris effervescentiam significamus, et studium vindictæ. Quod et res ipsa indicat, et aliæ proverbiales formæ his adjunctæ non obscurè probant. Lib. 5 Reg. 14, v. 10: *Percutiam de Jeroboam mingentem ad parietem, et clausum, et novissimam in Israel: et mundabo reliquias domus Jeroboam, sicut mundari solet finis usque ad purum.* Non dubium est, quin hæc hyperbolicè dicta fuerint: neque enim omnes usque ad novissimum percussus sunt in Israel, neque domus Jeroboam sicut finis ad purum usque mundata est. Esse verò hæc proverbialem formam docet ipse loquendi modus sæpius iteratus. Quod si ita est, præstitisset, quod juramento minatus David fuerat, si grave aliquid damnum intulisset Nabali. Id enim valet proverbialis ille dicendi modus, etiamsi nullum attigisset canem, aut non adeò graviter illius familiam deformasset. Quod si ita est, non est cur tantoperè laboretur alii, ut Davideni à peccato vindicentur, cum tantum hoc dicendi modo significare voluerit, quàm esset, et quàm jure offensus, cum non solum homo ille miserorum non sublevarèt inopiam, cum ab illis magnam sæpè beneficium accepisset; sed etiam gravibus illis conviciis onerasset. Succensens itaque uni Nabali, quia illum tantum habuit injuriam, quem, ut opinor, sustulisset è medio, et eos qui se pro domini

sui defensione opposuissent, si qui forent; atque etiam ejusdem bona, quæ negat, dissiparet et perderet, ab innocentibus autem abstineret. Quare si quod ibi peccatum, leve fuit, de quo paulò accuratius ad finem capituli.

VERS. 25. — CUM AUTEM VIDISSET ABIGAIL DAVID, FESTINAVIT, ET DESCENDIT DE ASINO, ET PROECIDIT CORAM DAVID SUPER FACIEM SUAM (1). Descendebat absque dubio David pedes de monte; quare cum illum placare vellet Abigail, ipsa quoque pedes illum adire, et supplicare voluit. Desiit igitur quamprimum ex asino, et ante Davidis pedes Hebræorum more proecubuit in faciem; et illo ritè adorato orationem habuit tam attemperatè, ac sapienter instructam, qualem in summo etiam oratore admiraremur. In quâ, propositâ honestatis atque utilitatis specie, æstuantem refrigeravit animum, et vindictam inhiantem compescuit. Totam autem orationem habuisse videtur ad Davidis pedes adorabunda.

VERS. 24. — IN ME SIT, DOMINE MI, HÆC INIQUITAS. Mira exordiendi, seu insinuandi ratio, qualis in causâ turpi adhiberi solet ab oratore, qui personam removet turpem, et honestam inducit. Audiret quidem cum offensione David

(1) *Abigail fit une profonde révérence à David, et elle se jeta à ses pieds.* Les femmes chrétiennes ont dans Abigail un rare exemple de leur conduite, lorsqu'elles se trouvent engagées par l'ordre de Dieu avec une personne, qui ayant l'autorité sur elles, n'a pas assez de raison pour se conduire elle-même. Elles doivent ménager extrêmement leur humeur, comme cette femme admirable, et ne leur point donner d'avis à contre-temps, mais attendre les occasions favorables de leur inspirer ce qu'ils doivent faire. Quand ils sont tombés dans quelque faute considérable, comme Nabal, elles ne doivent point perdre inutilement le temps à des reproches qui ne serviraient de rien, mais travailler promptement comme Abigail à y apporter le remède. Nabal s'était exposé, par sa dureté et par ses paroles offensantes, à se perdre avec toute sa maison; et Abigail répare aussitôt par sa prudence une faute qui aurait pu avoir des suites funestes. Elle croit que ce serait une bassesse ou une malignité indigne de la grandeur et de la pureté de son âme, d'avoir moins d'estime d'un aussi grand mérite qu'était celui de David, parce qu'elle vertu lui avait suscité des persécuteurs, et qu'il était lui pour les mêmes raisons qui auraient dû le faire aimer et respecter de tout le monde. Elle le révère comme ayant été choisi de Dieu pour être roi de son peuple, et pour donner après lui une race de princes à la maison d'Israël, et elle l'exhorte à ne pas ternir sa gloire par une action de vengeance indigne de ce qu'il était et de ce qu'il devait être un jour. *Puisque vous combattez pour le Seigneur, di-elle, qu'il ne se trouve en vous aucun mal tout le temps de votre vie.* (Sacy.)

nomen Nabal, in cujus vesanam intemperiam totus excanduerat; quare de Nabal in principio nihil, sed de se ipsâ loquitur Abigail, in quâ nihil apparet, quod videretur aliquâ vellevissimâ vacatione multatundum, et in suum caput, si quid est à Davide conceptum acerbitatis, derivat, quasi seipsam ream admissi à conjugè sceleris constituat. Quasi diceret: Si quid contra te peccatum est, ego luam; in meo capite, quodcumque fuerit sceleris, expiato. Quæ ratio dùm ab innocente proponitur, plurimum habet ponderis ad veniam. Sic Paulus de Onesimo fugitivo servo ad Philemonem, quem servo suo placare studet: *Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me; si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa.* An dubitaret Philemon Paulo ignoscere, aut illi negare quod orabat pro Onesimo, cum causam in se totam recepisset Onesimi? Mira hæc fuit eloquentia Pauli; sed neque minor fuit Abigail, cum causam in se conjugis totam recepit. Sic ego cum aliis hæc prima orationis verba interpretor.

Sed addo explicationem aliam fortissè veram, ita ut *iniquitas* non significet peccatum, sed peccati poenam, quod in Scripturâ sacrâ familiare est. Audierat Abigail, quid sibi mali imprecaretur David, nisi ex rebus Nabal usque ad mingentem ad parietem disperderet; quod religiosum principem adducere potuit, ne ab illo desideret consilio, quod juramento atque execratione firmaverat. Ab hoc itaque metu liberat Davidem Abigail, dùm in seipsam derivat, quod timere ille poterat à perjurio. Quasi diceret: Quod tute tibi imprecatus est mali, id, te sospite, in caput meum Deus convertat. Quod optimum etiam comparandæ benevolentie artificium est. Hanc explicationem non improbat Hugo: cui similis est illa Rebecca, Genes. cap. 27, v. 15: *In me sit ista maledictio, fili mi.*

LOQUATUR, OBSERVO, ANCIILLA TUA IN AUDIBUS TUIS. Hoc etiam ad benevolentiam facit, dùm se ejus, à quo aliquid inire vult gratiæ, famulam appellat, et orat, sibi ut permittat loqui, quod illius est, qui se fatetur subditum, et ad alterius arbitrium se comparare.

VERS. 25. — NE PONAT, ORO, DOMINUS MEUS DEX (1) COR SUUM SUPER VIRUM ISTUM INIQUUM

(1) *Nomen rex neque in Hebræo, neque in Chaldæo, neque in Septuaginta legitur. Nondum regis titulus David ornabatur.*

NE PONAT COR SUUM SUPER VIRUM ISTUM INIQUUM NABAL: QUONIAM SECUNDUM NOMEN SUUM STULTUS EST. Hebræus: *Ne ponat dominus meus*

NABAL, QUONIAM SECUNDUM NOMEN SUUM STULTUS EST. Ita jam nominat odiosum hominem Nabal, quod omnino præterire non poterat, ut tamen illum aliquâ ratione, si non ab errore, at certe à gravitate sceleris excuset, cum illum hominem appellat stultum, quique errore potius, et stupore mentis lapsus fuerit, quam consilio, cum nihil consideratè responderit. Iniquum sanè fuisse conficitur, ita tamen ut à stultitia præcipue illâ, quantumcumque est, maneat iniquitas. Ut autem depulsio culpæ illa optima est, quæ ignorantiam causatur, sic qui stultitiam adducere potest in excusationem, magnum habet supplicii, atque adeo sceleris effugium. Stultitia enim, atque mentis tarditas, aut rationis quocumque modo impeditus usus magnam habet cum ignorantia cognationem. Quare multi cum de nimis sermonis sive licentiâ, sive inverecundiâ accusarentur, ebricor sum ad virum hunc Belial, quia secundum nomen suum sic ipse. Porro Nabal est stultus. Ponere cor suum super aliquid, vernaculæ Hebræorum phrasi est sollicitum esse pro aliquo. Homo Belial est impius, et Nabal stultus.

(Calmet.)

Que le cœur de mon seigneur et de mon roi ne soit point sensible à l'injure de Nabal. Tout ce qu'Abigail dit à David est un excellent modèle de la manière pleine de respect dont nous devons parler aux grands du monde, principalement lorsqu'ils sont irrités contre nous. Car encore que ce ne soit qu'une femme qui parle, il est aisé néanmoins de reconnaître que c'est Dieu même qui remue son esprit et qui lui met dans la bouche des paroles sives et si touchantes. Rien n'est si humble ni si modéré, et en même temps rien n'est si sage et si élevé que ce qu'elle dit.

Elle représente à David qu'il n'est pas moins lui-même intéressé qu'elle à lui accorder la prière qu'elle lui fait, et que s'il obéit à sa colère qui lui persuade de sacrifier Nabal et toute sa maison au ressentiment de sa vengeance, il se ravira à lui-même sa plus grande gloire. Elle l'exhorte à ne pas faire dans la chaleur de sa passion ce qu'il condamnerait aussitôt qu'elle se serait un peu ralentie, et de ne pas souiller du sang de tant d'innocents, ses mains destinées à porter le sceptre de la maison d'Israël. C'est là l'idée de la grandeur véritable que les princes devraient toujours avoir dans l'esprit. C'est être roi que d'être au-dessus des emportemens et des faiblesses humaines, et de commander aux hommes en la même manière que leur commandent les lois, qui ne sont sujettes à aucune impression étrangère, et que l'on peut appeler la voix de l'équité seule et de la raison. La justice, la bonté et la modération sont les bases du trône des princes, selon la parole du Saint-Esprit, et les pierres les plus précieuses de leur couronne. C'est à quoi se rapporte toute cette prière d'Abigail, qui paraît si simple, et qui est en même temps si artificieuse et si enlevante dans sa divine simplicité. (Sacy.)

tatem, aut amentiam in excusationem attulerunt. Sic ergo nunc Abigail non negat aliquid iniquum fecisse Nabal, illi autem veniam dicit esse concedendam, quia juxta nomen suum (Nabal enim stultum valet) stultus est, neque fertur momenta perpendit.

EGO AUTEM ANCIILLA TUA NON VIDI PUEROS TUOS. A sceleris gravitate aliquâ ex parte tuerit Nabal mentis stupor, et ingenii tarditas; Abigail autem, quæ prudens erat, et quid observantia, pudor, et recta exigeret ratio, probè noverat, quæ in se quicquid erat culpæ ante derivaverat, alio modo à se totam removet culpam. Aic enim, neque vidisse se servos, quos ante miserat David, neque quicquam eorum quæ gesta sunt, donec abissent, re infecta, servi, cognovisse. Quocirca levem in conjugæ, et in se nullam hæssisse culpam ostendit.

VERS. 26. — NUNC ERGO, DOMINE MI, VIVIT DOMINUS, ET VIVIT ANIMA TUA, QUI PROHIBUIT TE, NE VENIRES IN SANGUINEM, ET SALVAVIT ANIMAM TUAM TIBI. Juramento confirmat Abigail, quæ prius simplici quâdam narratione affirmarat, se videlicet nihil cognovisse de nuntiis. De significatione autem, et pondere hujus juramenti alibi à nobis pluribus dictum est, Isaiæ 62, num. 92. Nunc breviter dico, hæc esse juramenti vim. Sicut vivit Deus, aut sicut vivus est Deus, et non mortuus, sicut lignea gentium simulacra, ita verum est, me de tuorum servorum petitione, aut etiam adventu nihil agnovisse. Illud, et vivit anima tua, eodem etiam modo explicari potest, sicut certum est te vivere, aut, ita vivas, sicut hoc verum est.

QUI PROHIBUIT TE, NE VENIRES IN SANGUINEM. Hic locus in duas patet explicationes. Altera est, prohibitum esse Davidem à Domino, ne sanguinem effunderet Nabal, et illorum, quos ad eadem animo designasset; et eo modo salvavit Deus animam ejus, quia aliter peccato foret inquinata, Ita communiter interpretes, Abulensis, Lira, Dionysius, Hugo, Cajetanus. Et hæc explicatio mihi potior. Alia est, prohibitum esse Davidem, aut potius liberatum à Deo, ne veniret in sanguinem, id est, ne occideretur, aut percuteretur ab hostibus, quos habuit potentissimos, ita ut ex ipsis corpore effusus fuerit sanguis ab hostili manu; liberatus quoque, ne quis ipsi toties appetitam eriperet animam. Notum est, quam periculose fuerit Davidis cum gigantæ molis hoste congressus; quoties ab illius sive aperit vi, sive occultis insidiis liberatus.

ET NUNC FIANT SICUT NABAL INIMICI TUI, ET QUI QUÆRUNT DOMINO MEUM MALUM. Si priorum explicationem amplectare, sic commodè locum istum expones. Facile tibi fuit Nabal, à ejus sanguine Deus tuum, ó David, gladium, et furororem continuat, et ejus familiam omnino disperdere; atque utinam reliqui, qui nunc oppugnant te, et tuum sitiunt sanguinem, tam facile abs te deleri possint, quam potuit Nabal; nihil sanè timeres ab illorum potentiâ, neque in illis ad unum extinguendis quicquam assumeres negotii. Si verò magis posterior placeat explicatio, illi commodè hæc explicationem attexes: Utinam hostes, quorum tu modò insidias, atque arma fugis, et quorum causâ per scopulos et salebras incertis sedibus vagaris, tali sint ingenio atque consilio, quali nunc est homo amentissimus Nabal! neque enim tibi necessarium foret subire latebras, habitare solitudinem tam arentem et asperam; sed ubicumque locorum esses sine metu, cum neque vis esset in hostibus ad pugnam, neque ad investigandum aliquid industrie.

VERS. 27. — QUAPROPTER RESCIPERE BENEDICTIONEM HANC (1). Conclusio est orationis non tam longæ, quam prudentis, et ad placandum sanguinem animi opportuna. Cum ita sit, ut in Nabal nihil nisi stultitia, et stupor reprehendenda sint (neque enim hæc fecit odio tui, sed quia ingenio est inurbano et duro); et in me nihil invenias, quod damnare atque punire possis, nisi fortè mulelandam utes ignorantiam, fac tandem, ut jam benignior atque placator hoc xeniolum et hospitale mundus accipias, quo te, sociosque tuos supplex, lubensque prosequor.

VERS. 28. — AUFER INIQUITATEM FAMILIÆ TULÆ. Se Abigail illate injuriæ, aut illiberalis hospitalitatis appellarat; et si quod in conjugis capiti supplicium esset constitutum, eidem se obnoxiam, futuram esse dixerat. Nunc ergo orat, ut immemor Nabal, sibi uni remittatur hæc noxa; neque in suo capite, quod tantum obnoxium esse vult, iniquitatem puniat.

FACIENS ENIM FACIET DOMINUS TIBI DOMINO MEO DOMINUM FIDELIEM; QUIA PRAELIIS DOMINI, DOMINE MI, TU PRAELIARIS. Duo adducit argumenta, eaque gravissima Abigail, ut doceat minime

(1) Ita Hebræi appellant ea quæ largiuntur munera, quòd forte non sine benedictionibus et gratiarum actionibus acciperentur, nec sine fœstis imprecationibus verbis officiosis darentur. *Balogias* vel *benedictiones* appellat S. Paulus datam pro egenis stipem; idemque nomen eodem sensu usurpatum non semel apud ecclesiasticos scriptores recurrit. (Calmet.)

decere Davidem, aut ex illius usu fore vindictam sumere de Nabal. Altera, quia ille futurus est rex Israel, quod credo jam vulgò notum erat, et frequenter sermone diffusum; et illa prudenter ex eo conjectata, quia David prælia sæpè iniiit pro Dei gloria, neque ullam recusavit molestiam et aliam, si in eo agi diviniam gloriam, et populi salutem intelligeret. Minime verò decet regem, aut illum qui cum potestate fuerit, privatas persequi inimicitias, aut injurias ulcisci proprias; et hoc est et verum, et externorum etiam scriptorum testimoniis commendatum. Notum est illud Adriani, qui renuntians imperatori, à vindictâ destitit illius, quem privatus insectabatur; quare cum illi occurrisset, dixit, *evastis*; quæsi diceret: Hoc unum perficere potui, ne mihi penas dares, cum imperator injurias suas persequi honestè non possit. Seneca lib. 3, de ira capite 25: *Proprium est magnitudinis verè non se sentire percussos. Sic immanis fera ad latratum canum lenta respexit. Sic iratus ingenti scopulo fluctus assultat. Qui non irascitur, inconcusus injuriâ persistit; qui irascitur, motus est.* Et quidem vix princeps videtur tolerabilis, qui ab ira rapitur, et furori succumbit. Benignitas; et clementia conciliat animos; difficile, inexorabile, quodque sibi non temperat ingenium, alienat. Quæ sententia sæpè apud profanos invenitur. Quare optimum est hoc consilium datum ab Abigail, ut cum bonâ populi gratiâ iniret David, et conservaret regnum. Et quidem si propriè vindex injuriæ David ex Israëlitate gente occidisset Nabal, et illius familiam deformasset, difficilem habuisset, aut certè minus faventem populum, quem rego erat moderaturus imperio.

MALITIA ERGO NON INVENIATUR IN TE OMNIBUS DIERIBUS VITÆ TULÆ. Ita in Davide æquitate, et fidelitatem tam in Deum, quam in populum commendat, propter quæ omnium sibi gratiam, benevolentiamque promeruit, ut etiam hortetur, ne perpetuum illum bene instituti animi cursum interrumpat, ne quesitam à populo gratiam, et reatualis opinionem novo aliquo, et inexpectato errore contamine. Quod illi, si toto vitæ tempore religiosè servaverit, magno usui futurum est.

VERS. 29. — SI ENIM SURREXIT ALIQUANDO HOMO PERSEQUENS TE, ET QUÆRENS ANIMAM TUAM, ERIT ANIMA DOMINI MEI CUSTODITA QUASI IN FASCICULO VIVENTUM (1). Hæc est alia ratio planè

(1) Levi quâdam mutatione textus hujus Hebræi commodò hoc sensu sententia redditur:

gravissima, quæ adducere debuit inflammatum Davidis animum ad æquitatem et clementiam, quia qui in alios clemens est, ille divinam sibi vindicat clementiam et patrocinium, si quando

*Anima domini mei custodietur quasi petra viva apud Dominum meum; sed anima inimicorum tuorum erit quasi rotata in fundâ. Justorum et impiorum animas inter sese opponit, ut lapidem vivum lapidi fundæ; lapidem probatum, solidum, utilem, lapidi rejecto et inutili, omnibus usibus, præterquam fundæ, inepto, ita sanè duo comparationis membra directè inter se opponuntur, eademque lapidis allegoria retinetur.*

Vel aliter : Anima domini mei erit quasi petra viva conservata in castris domini mei; vicissim autem anima adversariorum tuorum erit *ceu petra agitata in fundâ*, et procul jacta.

*Petra viva* hic est petra solida, levis, apta manui periti funditoris. Comparationem hanc nobilem et argumento aptam reddiit summa Hebræorum opinio de fundâ, et usus Davidis in victoriâ de gigante relatâ. *Petra viva*, vel *vita*, phrasim est non Scripturæ modò, sed probatissimam etiam scriptoribus familiaris. S. Petrus Jesum Christum lapidem vivum appellat, monetque : *Ad quem accedentes lapidem vivum.... et ipsi tanquam lapides vivi superedificamini*. Lapides in usum soliditatis appellatur lapides vitæ; et *dare vitam* est interdum *edificare*. *Joab vivificavit residuum urbis*, id est, edificavit. Samaritanis insultantes interrogabant Judæos, possentne *vivificare lapides* ustos veteris Jerosolymæ, an scilicet ipsi uti lapidibus possent. Denique cultori eloquio scriptores phrasim hanc familiariter adhibent. Virgilius *Aeneidos* 1, vers. 171 :

..... *Vivique sedilia saxo.*

*Aeneidos* 3, v. 688 :

..... *Vivo præterhorum hostia saxo.*

Ovidius in *Fastis* libro 2 :

*Antra subit tofts laqueata et pumice vivo.*

Et libro 5 :

*Hæcænis ut subit vivo vorantia saxo*

*Antra.* (Calmet.)

Allegor. et tropol. : Fasciculus viventium, est catalogus vel potius cœtus et concilium sanctorum Dei amicorum et electorum ad vitam æternam (vice versâ fasciculus morientium, est catalogus damnatorum ad mortem æternam. Hi enim, ait Isaias c. 21, 22, congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum); lapis verò in fundâ rotatus, sunt impii et reprobi faciendi in gehennam et mortem æternam. Ita Eucherius, Angelomus, Glossa, idque propter quinque analogias. Prima est, quia, ut ait Eucherius, « fasciculus astringitur ut conservetur; sic enim electi pressuris tribulationis non constringuntur, ut impii admoniti per manus Redemptoris in perpetuum conserventur; quia verò reprobi, quò lautiores in videtur, eò longius à divinis visionis gloriâ projectantur, idcirco lapidi fundæ comparantur; quò videtur allusivè regius vaies « psal. 87 : *Ips. verò de manu tuâ repulsi sunt.* » Secunda, quæ est ejusdem, « quia sicut fasciculus vinculo quodam et nexu colligatur, et ita sanctorum cœtus eadem fide, eadem spe, eodem charitatis vinculo constringitur, et

in ipsorum hostilis furor, aut quævis alia durior fortuna consurgat. Et ita omnino accidit; nam cum multa ab extraneis, neque pauca à domesticis passus fuisset David, ab illis tamen omnibus liberavit illum Deus. Neque ignorabat ille, clementiâ et mansuetudine divinum parari patrocinium, quando in illius imploratione suam Domino mansuetudinem representat. Psal. 131 : *Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis ejus.*

QUASI IN FASCICULO VIVENTUM. Sensus difficultis non est, translatio paulò obscurior. Quidam metaphoram tractam esse putant ab arborum ramis, qui in fasces colligati servantur in aquis aut humentibus locis, donec in locum transplantentur, ubi firmas agant radices et diuturnas. Et juxta hanc translationem sensus erit : Interim dum in alieno degis et peregrino loco, et remotus ab eo, in quo es æternum habiturus domicilium, servaberis à Deo, sicut virides cum suo succo ac vitâ servantur rami, quorum in suo postea loco futurus est in omnem æternitatem uber et jucundus proventus. Ita Lyra, Dionysius, et Hugo, cum Petro Co-

« uno eodemque divino presidio undique cingitur. » Tertia, « quia sicut fasciculus florem in manu ad oblectationem gestatur, ita electos omnes Deus in manu suâ gestat, et virtutum odore, qui ex illis afflatur, contumò delectatur, juxta illud Sapient. 3 : *Juculorum animæ in manu Dei sunt; quamvis sit libi propriè sermo de protectione quæ Deus sanctos tuetur, unde subditur : Non tanget illos tormentum mortis.* » Quarta, « quia sicut fasciculus non nisi ex certis lisque lecutissimis floribus conficitur, ita prædestinatorum numerus ex certis, lisque charitatis, et virtutumque cæterarum odore ac suavitate redolentibus, existit. » Quinto fasciculus notat ordinem gradusque gloriæ sanctorum : sicut enim in fascie illos uni alteri ordinatè inseritur, et unus præ alio emicat, sic et in celo sancti pro meritis suum tenent locum et ordinem, unusque præ alio dotibus gratiæ et gloriæ resplendet. *Stella enim à stellâ differt in claritate; sic et resurrectio mortuorum.* 1 Cor. 15, 41. Hæc et plura dixi Amos, c. 9, v. 5, ad illa : *Fasciculum suum super terram fundavit, Fasciculus ergo viventium, idem est quòd liber vita.*

Porro Sebast. Munsterus, licet hæreticus, hic quippiam notatū dignum affert pro suffragis defunctorum, veterique ritu orandi pro mortuis : Per fasciculum, inquit, viventium, « intelligunt Hebræi solum majestatis, sub quo aiunt justorum animas in seculo alio « quiescere. » Hinc etiam est, ut in tumulis suis passim insculpant hanc sententiam : *Anima ejus sit in fasciculo viventium; sicuti, requiescat anima ejus, etc., de quibus liber qui inscribitur : Preccationes Judæorum pro defunctis, quem veritè Genebrardus. (Corn. à Lap.)*

metore; et hi duo postremi vitium legunt; sed cur ita legerint, non video.

Ego hic licet metaphoram in fasciculo cognoscam, alium tamen esse sensum existimo. Fasciculus congregationem significat, eorum maximè, qui eodem vitæ instituto, et morum similitudine conveniunt. Sic reprobi, quia in morum studiorumque similitudine consenserunt, in unum fasciculum dicuntur colligandi, et in eumdem suppliciorum locum extrudendi, Math. 13 : *Colligite zizaniam, et alligatè in fasciculos ad comburendum.* Et Isaias 24 : *Congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum, et claudentur in carcerem.* Quare custodiri in fasciculo viventium, nihil est aliud, quàm inter viventes numerari, et à morte eximi, quæ hominem à viventium fasciculo dissolvit. De fasciculo diximus non pauca ad illud Amos 9 : *Fasciculum suum super terram fundavit.* Est ergo sententia et facilis, et pluribus aliis Scripturæ sacre locis consentanea, futurum esse Davidem in fasciculo viventium, quia nemo illorum, qui ipsius insidiatur vitæ, optata consequetur, quia illum Deus ab omni vi, atque hostili machinatione præstabit incolumem. Quod de misericordie sapius audimus, cujus pars esse videtur ab ulciscendis injuriis abstinere. Et clarè cecinit David, Ps. 40 : *Deatus vir, qui intelligit super egerum, et pauperem; in die malâ liberabit eum Dominus. Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum ejus.* Et quidem ita contigit Davidi; nam cum innumeris se præliis implicasset, et varias varii molirentur insidias, longam tamen traxit ætatem, et senectus illum potius, ac naturæ necessitas, quàm ferrum extinxit, aut oblata vis. Hanc porro metaphoram, quæ statim huic ex adverso respondet de inimicis David, satis aptè declarat.

PORRO INIMICORUM TITOREM ANIMA ROTABATUR, QUASI IMPETU ET CIRCULO FUNDÆ. Quæ in fasciculo sunt, nec dissoluta, ac dissipata, ipsa se ab injuriâ, et interitu colligatione tuentur; et dum integra sunt, dominorum custodiam non amittunt. His comparatur David, et qui dum operibus student pietatis, divinam sibi tutelam promeruerunt. His verò contrarii sunt, qui bonos persequuntur, et quos à suâ custodia, curaque paternâ Dominus abjecit. Hos igitur rotandos esse dicit, sicut lapides ad emissiones circumaguntur, et rotantur in fundâ; et eo impetu excutiendos, quo lapidem ejaculantur funditores. Quâ similitudine his,

qui hostile aliquid contra Davidem moliantur, omnia minatur, et prædicit infasta : Ut enim lapis, aut plumbum, quod ex fundâ torquetur, antequam procul excutatur, circumagitur, rotaturque vehementer; quare cum adhuc est in fundibularii manu, motum habet vehementem, et dum excutitur, vehementiorem multò; ac tandem procul amandatur, neque ad ejus, à quo missus est, manum revertitur. Sic etiam honorum hostis nunquam habet requiem, quia ex quo cum bonis inimicitias suscepit, in fundâ locatur, et tunc aut rotari incipit, aut adigi longius.

Duo hic observanda in fundâ et lapide quorum seorsum meministi Abigail; alterum est rotari, quod in circulo fundæ expressum est; alterum executi, quod significatur in impetu. De circulo, seu rotata ex disciplinâ veteri satis constat. Vegetius lib. 3, cap. 14 : « Funditorum res sunt, qui fundis ex lino, vel setis factis (has enim dicunt esse meliores) contorto circa caput brachio dirigunt saxa. » Quod esse funditoribus usitatum, docet illud Ovid. lib. 4 *Metamorph.* :

*Deque simi matris ridentem, et parva Learchum Brachia tendentem rapit, et bis terque per aures More rotat fundæ.*

Virgilius lib. 9 *Aeneid.* :

*Stridentem fundam positus Mezentius armis,*

*Ipsæ ter adductâ circum caput egit habenâ.*

Et iterum lib. 11 :

*Et fundam tereti circum caput egit habenâ, Strimoniæque gramem, aut album deject olorem.*

Qualis verò sit impetus, quo ex fundâ lapis, aut plumbum excutitur (nam plumbæ ex fundâ pile, seu glandes excutuntur), mox constat. Is igitur est impetus glandis è materiâ plumbæ, è fundâ vibratæ, ut in aere liquescat, ardore à violento nimis impetu concepto. Id docet Virgilius lib. 9, de quo proxime, ubi cum ageret de glande, quam excussit fundâ, subdit :

*Et media adversi liquefacto tempora plumbò Diffidit.*

Lucretius lib. 6 :

..... *Plumbæ verò*

*Glands etiam longo cursu volvenda liquescit.*

Ovidius item *Metamorph.* :

*Non secus exarset, quàm cum Balaerica plumbum*

*Funda jacit: volat illud et incandescit cundo,*

*Et quos non habuit, sub nubibus invenit ignes.*

Quod item Aristoteles docuit lib. 2 de Cælo;

et Seneca lib. 2 naturalium Questionum :

« Aera, inquit, motus extenuat, et extenuatio